Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·vij·d·

terram. Dixitque dominus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen
super terram et universa ligna que habent in semetipsis sementem
generis sui ut sint vobis in escam et cunctis animantibus terre omnique
volucri celi et cunctis quæ movetur in terra et habent in se animam vi-
ventem ut habeant ad victum. Et factum est ita. Viditque dominus
cuncta quæ fecerat et erant valde bona. Et factum est vespere et ma-
ne dies sextus. Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus
eorum. Complevitque deus die septimo opus suum quod fecerat et re-
quevit die septimo ab omni opere suo quod patrarat. Colla.
Deus qui mirabili conditione hominem et mirabilius redemi-
sti. da nobis quæsumus tuam per omnia sæcula pietatem.
Ut mente gaudia ad eterna pervenire. Per. Lectio. ij.
Factum est in vigilia matutina et ecce respiciens dominus
super castra egyptiorum per columnam ignis et nubis interfecit
egyptiorum exercitum et subvertit rotas curruum eorum. Hebraeique ipsum
dixerunt a egyptiis. Fugiamus israel quia dominus pugnat pro
eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tu-
am super mare ut revertantur aque ad egyptios super currus
et equites eorum. Cumque extendisset moyses manum suam mare
reversum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusque
egyptiis occurrerunt aque et involvit eos dominus in medius
fluctibus. Reversæque sunt aque et operuerunt currus et equites